

nascent. Quam merito apostolus  
radicem esse malorum omnium definiuit.  
quia nullum peccatum sine cupiditate  
comitatur. & omnis illicitus appetitus.  
istius est auditatis morbus. Amori pecu-  
nie uilis est omnis affectio. & anima lucri  
cupida. & iam per exiguo perire non metuit.  
Nullumque est iusticie in illo corde uesti-  
gium. in quo sibi auaricia fecit habita-  
culum. Hoc perfidus iudas inebriatus  
ueneno. dum sitit lucrum puenit ad lac-  
um. Et tam stulte impius fuit. in tri-  
ginta argenteis. & dominum uendere. & magis  
trium. Cum autem se ad excipiendum  
iniquitatis iudicium dei filius prebuisse.  
beatus apostolus petrus cuius fides a de-

uocatione feruebat. ut domino  
compari paratus esset  
& commori. ancilla sacerdotis calumpni-  
ante perterritus. infirmitatem negationis  
incurrit. Ob hoc sicut apparere hesitate  
pmissus est. ut in ecclesie principe reme-  
dium penitentie conderet. & nemo  
auderet de sua uirtute confidere.

te enim non facit uic tam. non dilec-  
tionem auersam. sed constantiam fuisse  
turbatam. Abundauit fletus. ubi  
non defecit affectus. & fons caritatis.  
lauit uerba formidinis. nec tardum est  
remedium abolicionis. ubi non fuit  
iudicium uoluntatis. Cito itaque in soli-  
ditatem suam redit petra. tantam  
recipiens fortitudinem. ut quod tunc  
in christi expauerat passione. in suo post  
supplicio non timeret.

*L. S. euangl. secundum Iohanne m.*  
Nullo tempore. Dixit istis turbis. Quis  
ex uobis arguit me de peccato. Si  
ueritatem dico. quare non creditis mihi.  
Qui ex deo uerba dei audit. propterea  
uos non auditis. quia ex deo non estis.  
& reliqua.

*Omelia 1. eiusdem.*  
Densate fratres karissimi mansuetu-  
dinem dei. relaxare peccata  
uenerat & dicebat. Quis  
ex uobis arguit me de peccato. Non  
dedignatur ex ratione ostendere se pecca-  
torem non esse. qui ex uirtute diuini